



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epitome In Qvatro Lib. Sententiarvm M. Petri Lombardi

Spina, Claudius de

Parisiis, 1551

41. de actibus infidelium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38840

DE ACTIBVS

lib. 4. cap. 2. v. 11 f. Infidelium.

248. 1. DISTINCT. Quadragesimæ primæ

2. 39. 1. CAP. Primum.

4. 1.

*Non omnia opera sine fide facta,
sunt mala.*

Quidā dicūt omnes actiones & volūta-
tes hominis sine fide malas esse, quæ
fide habita bonæ existunt. Vnde Ro. 14
Apost. ait: Omne quod non est ex fide, pec-
catum est. quod exponens August. ait: Om-
nis infidelium vita peccatum est. & Iacobus Iac. 2.
in epistola: Qui offendit in vno, scil. chari-
tate, factus est omnium reus. Qui ergo fi-
dem & charitatem non habet, omnis eius
actio peccatum est: quia ad charitatem non
refertur. Impossibile est enim (vt ait Apost. He. 11.)
sine fide placere Deo. Quod cum illis obij-
citur dictum Augu. in Psal. 83. Turtur inue-
nit sibi nidū, vbi reponat pullos suos. quod
Iudæi, hæretici, & pagani opera bona fa-
ciunt, quia vestiunt nudos, & pascūt paupe-
res, & huiusmodi: sed non in nido Ecclesiæ,
id est in fide. Idcirco conculcantur pulli eo-
rum, Respondent dicentes bona opera ap-
pellari huiusmodi, quæ sine charitate fiunt,
non quia bona sint quādo sic fiunt, sed quia
bona essent, si aliter fierent, quæ ex suo gene-
re sunt bona, sed ex affectu sunt mala.

fidus.

*lib. 1. cap. 39.
cap. 1. v. 11 f. 1.
2. 39. 1. 1.
2. 39. 1. 1.
2. 39. 1. 1.*

Alij verò, qui triphariam distinctionem
 actuum faciunt, opera cuncta quæ ad naturæ
 subsidium fiunt, semper bona esse astruunt:
 in præ. sed q̄ Augu. mala esse dicit, si malas habeât
 in psal. 31. causas, non ita accipiendū est quasi ipsa ma-
 la sint, sed quia peccant & mali sunt qui ea
 malo fine agūt. Item illud aliud, scil. bonum
 opus intentio facit, & intentionem fides di-
 rigit, determinant dicētes ibi bonum voca-
 tum quod remunerabile est ad vitam: non
 quòd illud sit summū bonum opus, imò etiā
 alia plura, licet non ea ratione qua illud, sint
 bona. Bonū enim multipliciter accipitur, sci.
 pro vtili, pro remunerabili, pro signo boni,
 pro specie boni, pro licito, & aliis fortè mo-
 dis. Solaque illa intentio remunerabilis est
 ad vitam, quam fides dirigit: sed non sola il-
 la bona est, vt aiunt. Nam si quis Iudæus vel
 malus Christianus necessitatem proximi re-
 leuauerit naturali pietate ductus, bonum fe-
 cit, & bona fuit voluntas qua illud fecit.

*Bonū mul-
 tipliciter
 dicitur.*

C A P. Secundum. Omne pecca-
 tum necessario est
 voluntarium.

ca. 14. **P**ost hæc inuestigari oportet qualiter
 intelligendum sit quod August. lib. de
 Vera Relig. ait: Vsq̄ue ad eò peccatū vo-
 luntarium malum est, vt nullo modo sit pec-

X

E P I T O M E

catum, si non sit voluntariū. quod si diligēter
discutiatur, inuenitur esse verissimum. Nam
illa quæ non voluntaria dicuntur, quia vel
à nescientibus, vel à cōactis perpetrantur,
non omni modo possunt sine voluntate cō-
mitti: quoniam & ille qui peccat ignorans,
voluntate utique facit, quod eum facien-
dum non sit, putat esse faciendum. & ille qui
concupiscente aduersus spiritum carne, non
ea quæ vult facit, concupiscit quidem no-
lens, & in eo non facit quod vult: sed si vin-
citur, concupiscentiæ consentit volens, & in
eo non facit nisi quod vult: & illud quod
in paruulis est originale peccatum, ex pri-
ma hominis voluntate mala contractum est:
non itaque falsum est quod dixi, vsque adeo
peccatum voluntarium est, &c.

f. 154. b. p. 19

DE ACTV PECCATI
quo ad suas differentias,
scil. quoad actum in-
teriorem & ex-
teriorem.

DISTINCT. Quadragesimæ secundæ
CAP. Primum.

*Voluntas mala & actus malus non
sunt duo peccata, sed vnum
tantum.*